



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 15. Preces a Synodo decretæ pro felici Gallicorum armorum succesi  
contra Calvinistas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

§. XIV.

Sæcul. XVI.  
A C 1562.

*Ad Lotharingii Cardinalis preces  
Archiepiscopus a Papa electus.*

Itaque Pius IV. Pontifex cunctas hasce rationes edictus jam die vigesima octava Novembris literas expediri jussé partic. ad rat, quibus Gualterio significatum, Ma t. 19. quod Lotharingio Cardinali polliceri posset, Pontificem ipsi in eo gratifica turum, ejusque precibus delatarum. Nec promissis fidei constantia defuit; quippe Pelveus Apostolicum accepit diploma, hæcque Pontificis benevolentia optatum reconciliationis successum protulit, adeo, ut Lotharingius accepta rei notitia quantocius ingenti perfusus lætitia ad Gualterium diceret, quod velit malignos, ac suspiciosos homines pudore suffundere, ac simul efficere, ut is, quicunque inter ipsum, ac Pontificem se interponeret, subdolæ temeritatis pœnas lueret.

§. XV.

*Preces publicæ a Synodo indictæ pro felici Gallicorum amorum successu contra Calvinistas.*

Postea Lansacus Franciæ Orator ad *Pallav. c. 10.*  
Synodus decretus, atque eodem *num. 3.*  
etiam tempore Lotharingius Cardina lis Legatis suggerebant, ut per Con-

Ss 2

cilij



**Sæcul. XVI.** cilii Patres publicæ preces decernem-  
A.C. 1562. tur pro felici successu belli, quod Gali  
contra Calvinistas moverent: quapro-  
pter Legati petitioni deferendum rati  
ad vigesimam octavam Decembribus diem  
Sanctis Innocentibus sacram solemne Sa-  
crum, necnon publicam supplicationem  
pro Gallicorum armorum prosperitate  
celebrari statuerunt.

Eadem adhuc die vigesima octava  
Decembribus post meridiem Lotharingius  
Cardinalis per nuntium a Sabudia Duce  
missum acceperat descriptam Francie  
Regis epistolam, qua idem Rex Duci  
hæc significabat: „decimo nono De-  
cembris die collatis signis, hinc Re-  
gis, illinc ab Hugonottarum copiis in  
quadam planicie prope Drocium ad in-  
tium prælia Regius exercitus inau-  
Marte pugnabat, tandem vero Calvi-  
nistæ ingentem cladem passi sunt, ca-  
ptusque eorum Ductor Princeps Cor-  
deus a Guisio Duce, cui gloria, &  
eventus prosperitas integre debetur,  
etenim Annæus Momorantius, Ma-  
gnus Franciæ Connestabilis, & Dur-  
supremus cujusdam agminis Regii vul-  
neratus, captusque fuerat a Calvinis.  
Istis, qui jam triumphum canebat,  
palmaque potiebantur, quam tamen  
Guisius Dux, imminisso postremo agni-



"ne cum cohorte Vasconum, & Hispa- Sæcul. XV.  
"norum ex illorum manibus eripuit. A. C. 1562.

§. XVI.

*Lotharingius Cardinalis Catholico-  
rum victoriam Drocis reporta-  
tam edidit.*

Quamprimum Lotharingius Cardina- *Pallav. l. c.*  
lis hujus victoriæ nuntium acce- *Nicol. Psal.*  
perat, mox Mantuanum Cardinalem *pag. 359.*  
invitit, eundem de hoc felici successu  
certiore redditurus: ergo omnes Papæ  
Legati, Cardinales, & Episcopi Cathed-  
ralem adeunt Ecclesiam, ibique de-  
cantato Hymno Ambrosiano ob tam  
prosperum pugnæ eventum debitas Deo  
grates persolvunt: Belcarius vero Me-  
tensis Episcopus, qui Nepotem suum  
in hoc conflictu amiserat, duodecimo  
post die sermonem oppido facundum  
habuit, præsentibus cunctis Cardinali-  
bus, eodemque die ipsem Lotharin-  
gius solemne Sacrificium obtulit, postea  
vero Cardinalem, Oratores, pluresque  
Synodi Prælatos prandio exceptit.

§. XVII.

*Patrum conventus pro præstituenda  
proximæ Sessioni die.*

Altera die in solarium illorum, qui *Pallav. l. 19.*  
in hoc prælio gloriose occubuerunt, *cap. 10. n. 6.*  
Ss 3 Legati *Psal. p. 359.*